R	M O K G
	quasi[y] mortuus et inefficax est inobedienti, vivus et efficax est auditori obedienti[y]. *Verba vite eterne habes*[9]), ait Petrus, et de verbis eisdem dixerunt alii *Durus est hic sermo*[10]), qui[z] et *abierunt retrorsum*[11]) propter sermonem sibi durum, quia duri erant. Similiter et corpus Domini cum sit idem ipsum in se, tamen mortuis est mortuum, *iustus autem*[a] *ex fide vivens*[b] [12]) accipit in corpore Domini spiritum vivificantem. *Factus est* enim *primus homo in animam viventem,* secundus vero *in spiritum vivificantem*[13]), idest qui non solum vitam habeat[c] in se, sed et vitam tribuat per se.
Sed dicit adversarius: Vivens est sensibilis in corpore suo mobilisque est Deus et homo Christus. Corpus autem sacrificii vitam non habet, sensum non habet, mobile non est.	Sed dicit adversarius: Christus qui factus est in spiritum vivificantem, totus vivit, vivificandi habens[c'] potestatem propter hoc ipsum quia factus est in spiritum vivificantem. Corpus autem quod in altari sacramentaliter distribuitur, neque vivit in[d] se, neque vitam quam non habet potest manducanti conferre.

Hoc assumpto concludit sic: Corpus igitur Domini non est, Christus non est, in quo vita non est.

Ad hec inquam: Obsecro te, quam in corpore Domini vitam requiris? Est enim vita

R	M O K G
animalis, est et vita spiritualis. Animalis vita quinque sensibus fungi-	mortalis [seu carnalis][e], est et vita[f] [immortalis vel][g] spiritualis. Mortalis vita quinque sensibus fungitur, visu auditu gustu odoratu et[h] tactu. Hos

y-y) quasi — obedienti] auditori obedienti vivus est et efficax, inobedienti quasi mortuus et inefficax est *M*

z) *fehlt G*

a) qui *nachgetragen K*

b) vivet *K*

c) habeat vitam *K*

c') *so M O K G*, habet *Haacke*

d) per *K*

e) seu carnalis *nur M, fehlt O K G*

f) vita *über der Zeile nachgetragen G*

g) immortalis vel *nur M, fehlt O K G*

h) fehlt *M*

9) Ioh. 6, 69.

10) Ioh. 6, 61.

11) Vgl. Ioh. 6, 67.

12) Vgl. Rom. 1, 17.

13) I Cor. 15, 45.